

Attività di latino, giugno-settembre 2019

Classe II

Analizzare e tradurre (nell'ordine indicato) su fogli protocollo le seguenti versioni, svolte in gran parte durante l'anno, dopo aver ripassato i relativi argomenti:

I Galli occupano Roma (morfologia e usi sintattici del participio; perifrastica attiva; ablativo assoluto).

Galli Senones ad Clusium pervenerant, vastantes Italiae regiones. Postea barbari apud Alliam flumen Romanorum exercitus fuderant, et Urbem petiverant. Plurimi Romani milites perterriti Veios confugerunt, pauci eorum Romam pervenerunt, cladem nuntiantes. Prima luce Galli ad Urbem contenderunt et castra inter Romam et flumen Anienem posuerunt. Nuntiata tanta clade, Romanorum animi ingenti trepidatione commoti sunt. Cives imminentem hostium impetum timebant, quod e Gallorum castris horribiles ululatus et feri cantus audiebantur. Defensio Urbis temptata non est: omnes homines ad arma idonei in Capitolium confugerunt, mulieres et senes in finitimis civitatibus salutem invenerunt. Mulieres flentes domos suas relinquebant. Postridie, prima luce, Galli Urbem occupaverunt. Diruta et incensa Roma, barbari in Galliam recesserunt.

Mario contro i Cimbri (infiniti e sub. infinitive).

Rerum scriptores narrant Caium Marium primo Teutones ad Aquas Sextias vicisse, postea in Cimbros arma suscepisse. Cimbri enim hieme per Tridentina iuga in Italiam descenderant. Cum barbari ostentaverunt se Urbem petituros esse, Romae omnes perterriti sunt.

Sed, postquam Alpes superaverunt et aliquamdiu in planitie constiterunt, mox illorum ferorum hominum vis elanguit; in eos, iam mitigatos usu panis et dulcedine vini, Marius impetum fecit. Proelium commissum est in patentibus campis, Raudiis dictis.

Imperator Romanorum dolum quoque addiderat virtuti, quia inopinatus hosti occurrit. Sic Cimbri a Caio Mario, ut prius Teutones, proelio oppressi et deleti sunt, et multi Romae censuerunt Italiam non sine deorum auxilio a periculo liberatam esse.

Mosè salvato dalle acque (pronomi relativi e fenomeni connessi; subordinate relative; morfologia del congiuntivo; *ut* + congiuntivo finale e volitivo; composti di *sum* e verbi anomali).

In Aegypto mulier Hebraea peperit filium quem cupiebat servare, etiamsi Pharaon imperaverat ut omnes Hebraeorum filii necarentur.

Quare mater eum abscondidit per tres menses; sed, quoniam non poterat eum diutius occultare, sumpsit fiscellam scirpeam, posuit intus puerum et exposuit eum apud fluminis ripas. Habebat secum filiam, sororem pueri, cui imperavit ne a flumine excederet.

Mox Pharaonis filia ad flumen venit, ut se ablueret: fiscellam prospexit et sustulit. Cum eam aperuit parvulumque vagientem vidit, misericordiam capta est. Tunc soror pueri ad pharaonis filiam accessit et dixit: « Si vis, ego mulierem Hebraeam arcesso, ut ea parvulum nutriet ». Et vocavit matrem, cui Pharaonis filia puerum dedit.

Itaque mater nutrivit puerum et adultum reddidit filiae Pharaonis, quae eum adoptavit et nominavit Moysen, id est (= cioè) « servatum ab aquis ».

Saggezza del re spartano Agesilao (consecutive; complete di fatto; *cum* narrativo e *consecutio temporum*; concessive).

Agesilaus, Lacedaemoniorum rex, tantam sapientiam habuit ut adhuc sua memoria maneat. Nam is, etsi strenuus et audax dux erat, talem moderationem habebat ut in bello semper iustum consilium caperet. Olim ille in Messeniam cum ingenti exercitu pervenerat, ut Messenios in Lacedaemoniorum potestatem rursus redigeret. Statim imperavit ut equites loca explorarent atque incolarum animos perspicerent. Exploratores Agesilao renuntiaverunt non solum viros arma cepisse, sed etiam mulieres et senes ad pugnam paratos esse, ne libertatem amitterent. Postea rex cognovit Messenios arma distribuisse etiam servis, quibus libertas promissa erat. Tum Agesilaus, cum hostes debellare cuperet, tamen a Messenia discessit, ne suorum militum vitam frustra in periculum adduceret. Intellexerat enim Messenios tam strenuos esse ut numquam cederent, cum pro libertate pugnarent.

Preparativi per la spedizione in Britannia (gradi dell'aggettivo e comparazione; deponenti e semideponenti; verbi politematici e irregolari).

Morinorum legati ad Caesarem venerunt, ut de priore consilio se excusarent; dicebant se bellum populo Romano fecisse quoniam homines barbari et imperiti Romanae consuetudinis erant. Legati polliciti sunt Morinos facturos esse omnia quae Romanus dux imperare vellet.

Caesar arbitratus est legationem opportunam esse, quoniam neque post tergum hostes relinquere volebat neque poterat bellum gerere contra Morinos. Praeterea Caesar brevi tempore in Britanniam proficisci volebat. Itaque magnum numerum obsidum Morinis imperavit. Postquam obsides adducti erant, totum populum in fidem recepit.

Postea, multis navibus onerariis coactis, Caesar omnia necessaria ad duas legiones paravit. Praeterea plurimas naves, quae non longe erant, quaestoribus praefectisque tribuit. Tandem Kalendis Septembribus (= "il primo di settembre") omnes naves profectae sunt.